Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et temptauerunt & exacerbauerunt dñm excelsū /
& testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se & non seruauerunt pactum /
quemadmodum patres eorum.
Conuersi sunt in arcum prauum / in ira concita
uerunt eum in collibus suis.
Et in sculptilibus suis ad emulationem eum
prouocauerunt.
Audiuit ds / & spreuit. & ad nichilum redegit
ualde israhel.
Et reppulit tabernaculum silo / tabernaculū
suum ubi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorū / &
pulchritudinem eorū in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum / & be
reditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis / & uirgines eorū
non sunt lamentatae.